

9662

1768, 14.

No. 68

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

OBLIGATIONE MANDATI NON SERVATIS LIMITIBVS

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBV RG.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE II. MARTII ANNO C I C I C C L X V I I I .

R V B L I C E D E F E N D E T

G O T T L O B F R I D E R I C V S H A S E

S T E I N B A C H E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .



968
S E C I M E N
S O N T R I E N
G A P A T I U R S C O N T R O A E R S A M
D E
O F F I G A T I O N E M V N D A T I
N O N S E R V A T I S L V M I T R A S
A V O O
U L M A T R I S I C T O G A M O R D I N I S G R A T I A
P R A P S I D E
D E C H R I S T I A N O H E N R B R E A N I N G
P R O F E S S O R I A R N A T E T Q U A T T R U M D O M I N
A T S O C I U L A T A T I T I L A T I V A
E T C O D I C I O
I N A V A D I T O R I O F E T T R I N I
D I C I E M A R T I U S A N N O C I D I C O C X I A M I
B A R T I S S E D E S S I N D E S
G O T T L O B E R I D E R I C A S H A S E
S T I T U A T I O N E
L I T T E R A T U R E
E X O D I C I O N A C A S O C I U M I A



D E

OBLIGATIONE MANDATI NON SERVATIS LIMITIBVS.

§. I.

E quidem quemque res suas sibi met tractare atque ex sua animi intentione agere posse, haud dubitandum; tamen summa et interdum necessitas, et haud raro utilitas suaderet, ut in negotiis nostris curandis, tractandis amicorum sequamur fidem, eorumque vtamur opera. Non omnino antiquitus ita vindentur philosophari Romani, quorum iura mandati mentionem haud faciebant. Decemviri potius voluisse censendi sunt, ut quisque suas ipse in iure atque iudicio tractaret causas, nullo adhibito procuratore, quem in finem actori imposuere necessitatem, dandi iumentum in ius vocato, qui

A 2

vel

vel propter aetatem, vel morbum haud facile comparere poterat, ut ope illius ad tribunal duceretur. Neque et in priuatis aliis causis, quae ad magistratum cognitionem non pertinebant, quaeque extra iudicia peragebantur mandato leges scriptae fuisse videntur, qui scimus, ut est testis P A V L Y S in L. I. §. 4. π. mandati. mandatum ex solis regulis amicitiae iudicatum antiquitus fuisse.

§. II.

Sicuti vero ICti postea succurrebant iis, qui impediabantur, quominus comparere possent pro tribunali, inuenta fictione dominii litis, quam BOEHMERVS diss. de domino litis exposuit; ita incertum est, quo demum modo obligatorius effectus fuerit mandati contractus, atque quo iure actio causa fuerit, utrum visu, an edicto Praetoris. Gerb. NOODT ad P. b. 1. visu introducitam actionem censet, at simul edixisse adfirmat Praetorem se iudicium daturum, magis quidem coniectura.

§. III.

Quidquid vero sit, quamvis antiquissimis temporibus obligatorum negotiis non fuerit, tamen negandum non est, iam sub libera republica obligationem statutam in mandato actionemque datam fuisse. Neque quidem perfecte obligatorius est factus ille contractus, quod docet libera reuocandi potestas atque renunciandi facultas mandato, quod eo magis mirandum, cum in aliis contractibus consensualibus consensus perfecte obliget, ut poenitentiae locus non sit, ut in emtione venditioneue, locatione arque condutio, in hoc vero consensus ille spontaneus de alterius negotio perficiendo gratis liberam relinquat poenitentiam et mandanti et mandatario.

5

At vero, si mandatarius semel bona fide susceptum impleturus sit negotium, ita eum agere debere affirmant leges, ut quos mandans limites posuerit negotio perficiendo, sancte seruet, neque egrediatur. Ita sane PAULVS in L. 5. pr. mandat. *Diligenter, inquit, fines mandati custodiendi sunt, nam qui excessit, aliud quid facere videtur.* Tam vero quid? si mandatarius nihilominus egressus fuerit fines mandati, recte queritur, quid hac in parte iuris sit. Respondere mihi ad hanc questionem videtur CAIUS in L. 41. π. eod. Ait: *Potest et ab una duntaxat parte mandati iudicium dari; nam si is, qui mandatum suscepit, egressus fuerit mandatum: ipsi quidem mandati iudicium non competit: at ei, qui mandauerit aduersus eum competit.* Facilis intellectu est Caius, videlicet, cum mandans mandatario recte expleto officio iustisque seruatis limitibus teneatur ad indemnitatem consequendam et praestandum id, quod in negotium perficiendum impendit, quo respicit mandati actio *contraria*, imo ad agnoscendum negotium tanquam suum riteque peractum, ita contra non seruatis limitibus, neque respectu mandantis negotium obligatorum esse potest, neque ad praestandum id quod in negotium impendit mandatarius ipsamque indemnitatem consequendam contraria actione agere poterit aduersus mandantem, qui contra directa actione ob id, quod negotium semel susceptum non recte perfecerit, mandatarius, experiri potest.

Dicitur. B. 1. cito addidimus hoc capitulo non obstatum habemus in episc. §. IV.

Licet vero in se verissima sit illa regula: *mandati fines diligenter custodiendos;* tamen haec non usque eo vera est, vt exceptione aliqua plane subverti non possit. Si enim

A 3

non





non recte seruauerit limites praescriptos a mandante procurator, ita tamen, ut negotium peractum fuerit, quod mandans peragendum commiserat, dubium non est, teneri mandantem curatori, negotiūmque esse obligatorium. Thēma habet P A V L V S in L. cit. 5. §. 5. π. Melior inquit, causa mandantis fieri potest; si cum tibi mandassē, ut Stichum decem emeres, tu eum minoris emeris, vel tantidem, ut aliud quicquam seruo accederet. Facile patet procuratorem non seruasse limites, sed perfecisse tamen commissum negotium ex voluntate mandantis, ita ut eius conditionem meliorem fecerit, hinc mandati contrariam actionem procuratori concedendam censemus, recteque peractum esse ipsum negotium.

§. VI.

Neque tamen semper melior conditio mandatum ut recte peractum sit, efficit; nam idem Paulus c. l. §. 2. aliam speciem exhibet, quam obligatoriam esse negat, quamvis forsan meliorem fecisse videretur mandantis conditionem. Scribit: *Si mandauero tibi, ut DOMVM SEIANAN centum emeres, tuque TITIANAM emeris longe maioris pretii, centum tamen aut etiam minoris: non videris impletse mandatum.* Cui enim non conducat, fundum meliorem maioriisque pretii minori comparare summa, et tamen vim obligationis inesse negat, non seruatis limitibus, quippe non perfecerat negotium, quod mandatum erat, sed aliud, quod mandato non comprehendebatur atque in quod mandans haud consenserat.

§. VII.



7

§. VII.

At vero si mandatarius excederet quidem fines mandati, quaestio enata est, an non in tantum obligaretur mandans, in quantum consensum mandato exposuerat. Fac Titium mihi mandasse, vt fundum Seianum D emerem: ego cum ea summa eundem fundum aquirere mandanti haud possem, acquiro DL. Non ratihabituero Titio repono, me nihil exacturum ab eo quam D, reliqua L meo fore periculo, an ad summam teneatur, in quam consenserat mandans, olim dubitabatur. Videntur Sabiniani, qui admodum stricto inhaerent iuri, non recte adimpletum mandatum iudicassè sicque liberassè ab obligatione mandantem. Proculeiani, qui aequior rem sententiam in iure sequebantur, contrariam amplectebantur sententiam, atque ad summam praescriptam teneri arbitrabantur, quae sententia, quamvis et Sabinianorum forsitan, vt Proculeianorum, legibus continebatur, praeferenda videtur, cum posteriori loco posita in Digestis, sicque caput Pandectarum alii capituli deroget. Ita sane de L. 3. et 4. π. mandat fentiendum. Nam c. l. 3. PAVLVS ait: *Quodsi pretium statui, bique pluris emisi: quidam (quos Sabinianos fuisse coniicio ob §. 4. f. b. t.) negauerunt, te mandati habere actionem: etiamsi paratus essem, id, quod excedit, remittere. namque iniquum est, non esse mibi cum illo actionem, si nolit, illi vero, si velit, mecum esse.* Sed hanc non probari sententiam suadet CAIVS in L. 4. c. Sed Proculus RE CTE eum, usque ad pretium statutum, acturum existimat, quae sententia sane benignior est. Concludo ergo, si excessus non noceat mandanti, usque quo consenserat, obligatorium fore mandatum adimpletum.

M V T I A T

§. VIII.



§. VIII.

Nec alienus videtur **IULIANVS** in L. 33. π. mand.
Rogatus, ut fideiuberet: *Si in minorem summam se obligauit,*
recte tenetur: Si in maiorem, Julianus verius putat, quod a
plerisque responsum est, eum, qui maiorem summam, quam ro-
gatus erat, fideiussisset, hactenus mandati actionem habere,
quatenus rogatus esset: quia id fecisset, quod mandatum ei
est, nam usque ad eam summam, in quam rogatus est, fidem eius
spectasse videtur, qui rogauit.

§. IX.

Iam vero, si generaliter limitibus arctioribus haud positi
 tis mandatum datum sit, e. g. *Vt fundum emeret Seianum*
nullo videlicet pretio addito, vel quanti posset, recte quaeritur:
an quounque pretio coemerit, mandatum adimpleuisse
procurator videatur. Affirmativa quidem in eo videtur fun-
data, quod mandans sibi imputet, quod limites non posuer-
it, hinc utique mandatum expletum agnoscere debere.
At vero generaliter adfirmare non ausim. Cum enim bona
fidei negotium sit, recte etiam cuncta procurator cui limites
positi non erant, ex bona fide viriliter peragere debebat;
quod si enim tanto pretio emisset, vt iustum dici non posset,
quae tamen pretii iustitia in emtione semper requiritur, puta-
uerim haud recte peregisse mandatum, imo paucis, si quod
indefinitum commissum negotium ita peregerit, vt valere non
possit, si procuratoris proprium fuerit, eo minus valere posse,
vt ex eo teneatur mandans.

T A N T V M .

ULB Halle
005 880 491

3



ND18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1768, 14.

No. 68

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

I G A T I O N E M A N D A T I N S E R V A T I S L I M I T I B V S

Q V O D

T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

C R I S T I A N O H E N R . B R E V N I N G

O R . I V R . N A T . E T G E N T . P V B L I C . O R D I N .

T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

I I . M A R T I I A N N O C I C I C C L X V I I I .

P V B L I C E D E F E N D E T

C T L O B F R I D E R I C V S H A S E

S T E I N B A C H E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .